

seculares in commune viventes in honestate, & disciplina Clericali conservare, & ingenuos adulescentes ad eandem educare; unde qui hic aluntur firmiter sibi proponere debent, quod Sacerdotes facti, sub disciplina hujus vite ad incrementum Ecclesie Catholice militare, & juxta propriam etiam aliorum salutem ex professo procurare velint. Quare, qui ad hujus discipline institutionem accedunt, sibi persuadeant, se vere in filios, & in membra hujus corporis suscipi: igitur seposito erga Domum paternam, & consanguineos inordinato affectu, eo magis Deum Creatorem suum, & spirituales suos parentes diligere debent, quo majora beneficia, & pretiosorem vitam omnino gratis ab ipsis accipiunt. Proinde hanc Clericorum secularium vitam, ut veram, ut charissimam matrem habeant, illius discipline ex animo se submittant, tradendo personas suas instituendas, & erudiendas secundum voluntatem suorum Superiorum, maxime vero ad perfectionem debitam, & gradum quendam excellentem communitatis bonorum, dilectionis fraternae, castitatis, & obedientiae ab adolescentia conentur, in quibus, veluti columnis tota structura hujus vite Clericalis subsistit. Porro Constitutiones hujus juventutis ad vitam Clericorum secularium rite educandae in tria potissimum puncta dividere visum est. Primum erit de pietate Christiana, alterum de morum honestate, tertium de studiis literarum.

De pietate Christiana.

Generaliores obligationes Adulescentum educandorum

Adfere debent Fidei articulos, Sacramentorum virtutes, & Ceremoniarum significationes.

Ut vincere possint tentationes vacare debent lectionem pietatis auctorum.

Severent sibi agnitione sui ipsius amore, & timorem Dei.

pellantur, super quae, tanquam firma Christianae vite fundamenta, omnium solidarum virtutum aedificium extruere oportet.

IV.

Virtutum Theologicarum, Fidei, Spei, Charitatis, & Cardinalium Prudentiae, Temperantiae, Fortitudinis, & Justitiae genuinam naturam praestare addiscant. Ad haec in vera humilitate, patientia, abnegatione sui ipsius jugiter se exercent, omnesque suas actiones in vera discretionem instituere serio conentur, maxime vero quodnam in quavis virtute medium, & quoniam vitiosa extrema sint, sedulo indagant; alias enim juvenilis impetus, ob suam immoderatam vehementiam, experientia teste, facile, & plerumque ad extrema deflectit. Hic multum proderit, si quilibet aliquid temporis certo cuidam vitio, vel particulari defectui extirpando, & virtuti oppositae exercendae, juxta majorem suam indigentiam, & utilitatem, de consilio Patris Spiritualis, vel quoties sibi alias visum fuerit, impendat.

V.

Veram indifferentiam erga omnes res hujus mundi habeant, solum illud optimum existimantes, quod a Dei, & Superiorum voluntate dimanat: proinde promptam obediendi voluntatem, quae omnibus hanc vitam sectantibus maxime necessaria est, a juventute sibi comparabunt.

VI.

Tam primam innocentiam, quam castitatem mentis, & corporis, ut pupillam oculi illibatam conservare satagant, proinde principis obtent, & omnes malas suggestiones sine cunctatione ex animo ejiciant.

VII.

Ad sensum suorum tam interiorum, quam exteriorum custodiam pro viribus attendant, maxime vero ab auditione rerum turpium, tanquam a facie colubri, fugiant, & si fugere non possint, reprehendant, vel saltem serio apud se detestentur.

VIII.

Oculos suos ab omni curioso intuitu sexus foeminei, aliarumque vanitatum, quae hominem fascinando inquinare, vel distrahere solent, solite avertant. Hinc frenum timoris Domini sibi injicientes foris, & in templo oculos ab omni inordinata evagatione pro viribus cohibere nitantur, quod facilius consequentur, si praesentiam Dei, & futurorum bonorum stabilitatem, respectu quorum haec caduca vilescunt, animo jugiter revolvant.

IX.

Turpilologia, sicut & blasphemiae, procul arceantur, & si quis in his deprehensus, tertiarum vice correptus emendationem effective non demonstraverit, tanquam pestis e consortio innocentum ejiciatur.

X.

Ne rerum singularium usu ad avaritiaeordes inclinentur, nemini licet pecunias proprias, aut res alias, clandestine possidere, & si quis a parentibus, consanguineis, tutoribus, & quibuscumque aliis simile quid acceperit, non sibi seorsim reservet, sed in communi custodia Superiori asservandum tradat. Hinc, etsi plures ad asservationem quarundam regularum studiose juventuti necessarium, singulis permittantur, Super-

Se exercent in Theologicis, Cardinalibus, aliisque virtutibus.

Quod ipse permittit, id tantum cupiat.

Custodiant in temperate mentis, & corporis.

Refrangent sensus.

Oculos a noxiis averteant.

Omnia modesta inponant.

Detestentur avaritiam.

Superior tamen ad eos clavem magistram habebit.

XI.

Singulis diebus statim post preces matutinas, mediam horam lectioni spirituali, vel meditationi diligenter impendant; & quae ex attenta lectione, vel meditatione notatu digna deprehenderit, cum brevi reflexione, primo memoriae bene mandent, tum etiam in libro suo spirituali ad hoc deputato clare, & breviter notent, ne thesauro spiritualis scientiae defraudentur.

XII.

Quotidie tempore, & loco sibi assignato, tremendo Missae Sacrificio devote intersint, & sub eodem non solum corpus, & animam, verum etiam omnes cogitationes, verba, & opera sua Patri caelesti per Jesum Christum in servitium offerant; & qui Officium parvum Beatae Mariae Virginis Mariae nec dum orant, Officium immaculatae Conceptionis, a Sancta Sede Apostolica approbatum, una cum Hymno S. Casimiri, pariter approbato, vel approbando, praecipue pro conservanda castitate persolvant; cum vero celebrans ad Communionem pervenerit, suam quoque spirituales Communionem (prout dixerunt) instituant.

XIII.

Qui vero in majoribus Classibus existunt, Officium parvum Beatae Mariae Virginis pro incremento gratiae vocationis Clericalis, singulis diebus recitent, sic quidem, ut Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam sub Missae Sacrificio; Vesperas vero, & Completorium, cum Matutino, & Laudibus pro die sequenti, tempore pomeridiano paulo ante coenam in honorem Genitricis Dei Reginae, & Patronae singularis hujus vite Clericalis, pro temporum diversitate, alternis vicibus recitando persolvant.

XIV.

In Templo sub Missae sacrificio, aut Vesperis vera pietate, & modestia praevalentes ab omni garrulitate, & strepitu, oculorum curiositate, & inordinata mentis, omniumque aliarum facultatum effusione se custodiant, sub auditione verbi Dei janua alienis cogitationibus praeccludendo, intellectum, memoriam, & voluntatem ad percipiendum debitum fructum, & Concionatoris sermone ex animo accommodent.

XV.

Philosophiae, ac Theologiae studiosi singulis septimanis, & majorum totius anni festivitatum diebus conscientiam suam sacramentali Confessione expiare, & ad Sacram Communionem accedere assuecant; qui vero in humanioribus scholis existunt, saltem singulis quatuordecim diebus id observabunt. Confessarii autem constentur omnes, quos Superiores, vel hujus vite Clericalis Sacerdotibus, vel aliunde determinaverint.

XVI.

Post Communionem aliquantum temporis in gratiarum actionem pro tanto beneficio, aliquam affectuosam orationem, vel ore, vel mente recitando impendant, in qua omnia viscera sua cum omnium necessitatibus suarum, tam privatarum, quam publicarum, Ecclesiae explicitatione, coram oculis divinae Majestatis effundent

Spirituali lectioni, vel meditationi vacent.

Missae sacrificio intersint, & interim nulla praesent.

Majores recitent Officium S. M. V.

Functionibus Ecclesiasticis modeste, & attente intersint.

Sepe confitentur, & Eucharistiam sumant.

Post quam gratias agant, & orent.

& in vulnera Christi hospitis amabilissimi abscondendo commendabunt.

XVII.

Ut ab occultis Satanae, & naturae vitiatas infidiis facilius praeserventur, ab adolescentia assuecant, non raro cum Superioribus, Patre spirituali, & Confessario super statu hominis sui interioris conferre, & iissem graviore, praesertim extraordinarios animi sui motus, & impulsus candide aperire, id quod ad cognitionem, & discretionem spirituum, an ex Deo sunt, nec ne plurimum prodesse dignoscitur.

XVIII.

Singulis annis recollectioni spirituali, qui ejusdem capaces sunt, per aliquos dies vacabunt. Idem observetur in eorundem susceptione ad hanc vitam, antequam jamentum praesent, adjungant etiam confessionem generalem totius vitae, nisi ante eam fecerint.

XIX.

Majores junioribus, in observatione Constitutionum, tanquam speculum verae integritatis, pro viribus praevalent, & cogitent, se a pueritiae indulgentia ablactatos, jam ad veras, & solidas virtutes evocari: proinde spirituali fulgore, studiosis nempe virtutum, & exercitiorum haecenas praescriptorum actibus, in vera discretionem ubique praevallere conentur.

De morum honestate.

XX.

Ad eam integritatem morum, omnes, & singuli pro viribus attendant, ut castigationibus non indigeant, & si deliquerint, cito contriti, & humiliati, fateantur suam culpam, atque cum proposito seriae emendationis, se Superioris arbitrio submittant, sustinentes libenter poenitentias, quae pro qualitate delicti fuerint injunctae, idque sine resistuntia, aut murmuratione, vel frivola excusatione.

XXI.

Senectutem venerentur, & tam Domi Superiores, quam foris Sacerdotes, ac personas Ecclesiasticas quascumque, maxime vero praedecessores suos, & omnes homines secundum cuiusque status, Dignitatem ex animo venerentur, ac debitum honoris titulum impendant.

XXII.

In externis caeremoniis, quae in modo dictae reverentiae signum solent adhiberi, hypocriticam pseudopoliticorum simulationem, & ineptam gesticulationem, ut pestem fugiant, contra cum debita gravitate, modestia, & decore, ut recta prudensque distabit ratio, venerationem paucis ostendant.

XXIII.

Quoties Domi, vel foris, sibi invicem obviabunt, semper ii, qui sunt in inferiori Classe, adolescentes altiorum Classium, omnes vero, & singuli suos Superiores, aliosque Sacerdotes honore debito praevenerint, majores quoque detestato capite, Superiores vero, & Sacerdotes, etiam cum inclinatione corporis salutantes.

XXIV.

Coram Superioribus, & Majoribus se ultro non facile ad loquendum ingerant, ad interrogata vero paucis modeste, & graviter respondeant. Cum aequalibus ea agere, & loqui expedit, quae vel honestas, vel utilitas, vel necessitas commendat.

Non raro confitentur, Patrem spirituales, & Confessarium.

Aliquid ex ecclesiis vacent.

Majores junioribus exemplo sint.

In motibus praesent, & si deliquerint poenitentiam agant.

Omnibus suis honorem deferant.

Utantur caeremoniis gravibus, & modestis.

Inferiores honestate praevenerint.

Cum superioribus raro, & modeste, cum aequalibus honeste loquantur.

Petrus ad Cle- ricorum, & Electoris, ac Administrato- ris Bavarie.

§.3. Nobis propterea prefati Exponentes, ac ac etiam dilectus filius Abbas Pompejus de Scar- latis dilecti filii Nobilis Juvenis Maximiliani Em- manuelis utriusque Bavarie Ducis, Sacri Roma- ni Imperii Principis Electoris in Romana Curia Administer, tam ipsius Principis Electoris, quam dilecti quoque filii Nobilis viri Ducis Maximi- liani Philippi ejus Patris, & Electoratus Admi- nistratores nomine humiliter supplicari fecerunt, ut Institutum, & Constitutiones hujusmodi pro majori Religionis Catholicae bono, ipsiusque Instituti decore, & augmento, Apostolicae con- firmationis nostrae patrocinio committere, & alias opportune in praemissis providere de beni- gnitate Apostolica dignaremur.

§.4. Nos igitur piis eorumdem Maximiliani Emmanuelis, & Maximiliani Philippi Ducis vo- tis quantum cum Domino possumus favorabili- ter annuere, dictosque Exponentes specialis fa- vore gratiae prosequi volentes, & eorum singula- res personas a quibusvis excommunicationis, sus- pensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab ho- mine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existent, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum se- rie absolventes, & absolutas fore censentes, hu- jusmodi supplicationibus inclinati, de memora- torum Cardinalium consilio, Institutum praedi- ctum sub immediata jurisdictione Ordinarium, & directione unius Generalis Praefidis, necnon Constitutiones praesentis auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet interven- rint, supplemus. Praeterea eisdem Exponentibus alias Constitutiones praesentis non contrarias pro spirituali, temporalique dicti Instituti dire- ctione ab hac Sancta Sede postmodum approban- das condendi facultatem impertimur. Ac ad tol- lendam omnem ambiguitatem, cum dicti Expo- nentes sint Clerici mere seculares, omnibusque secularis Cleri oneribus obnoxii, eosdem Expo- nentes quorumcumque Beneficiorum Ecclesia- sticorum secularium capaces esse, ac proinde Canonicatus, & Praebendas, Personatus, digni- tates, etiam post Pontificalem majores in Cathedra- libus, etiam Metropolitanis, & principales in Collegiatis Ecclesiis, necnon Parochiales Ec- clesias, earumque perpetuas Vicarias, & alia quaecumque cum cura, & sine cura beneficia Ec- clesiastica secularia quomodolibet qualificata, quae per Clericos seculares obtineri consueve- runt, possidere, ac consequi, & obtinere posse auctoritate, & tenore praedictis declaramus.

§.5. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus for- tiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respec- tive inviolabiliter observari: Sicque in praemis- sis per quoscumque Judices Ordinarios, & Dele- gatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Audi- tores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit at- tentari.

Confirmatur d. Institutum, & relatae Co- stitutiones.

Item concedi- tur facultas condendi a- lias Constitu- tiones, & ob- tinendi qua- cunque Bene- ficia secularia

Clausula.

§.6. Non obstantibus praemissis, ac Constitu- tionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit quarumvis Ecclesiarum, aliis- ve quibuslibet, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirma- tis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis il- lorum tenores praesentibus pro plene, & suffi- cienter expressis, ac de verbo ad verbum inser- tis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque con- trariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut earundem praesen- tium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici sub- scriptis, & Sigillo personae in Ecclesiastica dignita- te constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud ha- beatur, quae ipsi praesentibus haberetur, si fo- rent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VII. Junii MDCLXXX. Pontifica- tus nostri Anno Quarto.

LXXXVI.

Confirmatur iterum, & extenditur Card. Prote- ctoris Decretum de nihil agendo contra statu- ta a Sede Apostolica pro Provincia Neapoli- tana S. Petri de Alcantara Discalceatorum, ipsa prius non audita, tum etiam adversus De- creta a dicta Sedis Tribunalibus, & Mini- stris emanata.

Dat. 11. Junii 1680. An. 4.

De erectione hujus Provinciae, & aliis ad eam spe- ctantibus vide adnotata in Constit. 173. Clem. X., quae incip. Sacrosancti Apostolatus Praedicti vero Decreti confirmationem reperies in Constit. 104. quae incip. Exponi nobis. Tandem statuta ab In- noc. XI. habes in ejus Const. Alias fel. rec.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dudum fel. rec. Clemens PP. X. praedecessor noster quoddam Decretum a bon. mem. Francisco dum vixit Episcopo Ostien., & Veliter- no S.R.E. Cardinale Barberino nuncupato, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, nuncupatorum apud Sedem Apostolicam, Protectore ad favorem Custodiae S. Petri de Alcantara Fratrum Discalceatorum ejusdem Ordinis in Regno Neapolitano auctoritate Apostolica instituta, quae postmodum in Provinciam pari au- ctoritate erecta fuit, emanatum specificis confir- mavit, & approbavit per quosdam suas in simili forma Brevis die 8. Julii 1672. desuper expeditas literas tenore qui sequitur, videlicet: Clemens Papa X. Ad futuram rei memoriam. Exponi no- bis nuper fecerunt &c.

Praedicti De- cretum primo confirmatum fuit a Clem. X., ut infra.

Confirmatio Clem. X.

§.1. Cum autem sicut dilectus filius Joannes a Sancta Maria modernus Custos, & Exprovin- cialis dictae Provinciae S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Nobis nuper exponi fecit, multa alia subinde ab hac Sancta Sede per literas pariter in simili forma Brevis emanatas ejusque

Præces Custodis & Expro- vincialis dictae Provinciae.

Tri-

Tribunalibus, & ministris per decreta, aliasque Scripturas ad favorem ejusdem Provinciae pro- recto illius gubernio, ac quiete, ac perfecta regu- laris disciplinae observantia in ea stabiliendis, & conservandis constituta, & ordinata fuerint, quae per importunas quorundam religiose tran- quillitati dictae Provinciae, insidiantium sugges- siones convelli, aut perturbari possent, in ma- ximum ejusdem Provinciae, ac Regularis obser- vantiae, quae in ea Domino Beneficente, viget, praedictum, & detrimentum. Nobis propterea Joannes praefatus humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra in- dulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur ipsius Joannis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excom- municationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & poenis a ju- re, vel ab homine quavis occasione, vel causa- latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequen- harum serie absolventes, & absolutum fore cen- sentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac praesentis Clementis praedecessoris literas cum omnibus, & singulis in eis contentis harum- serie confirmantes, & approbantes, omnibus, & singulis modernis, & pro tempore existentibus tam majoribus, quam minoribus Superioribus, & Fratibus dicti Ordinis quocumque nomine nuncupatis, sub poenis supra expressis, auctori- tate Apostolica tenore praesentium districte praecipimus, & mandamus, ne adversus praedictam Provinciam, aut in praedictum, seu contra tenorem literarum Apostolicarum, ac ordinatio- num, & decretorum quorumcumque ad illius fa- vorem ab eadem Sede, ejusque Tribunalibus, & Ministris hactenus quomodolibet emanatorum, quicquam, etiam minimum, sive in Romana Curia, sive extra eam, directe, vel indirecte per se ipsos, vel alios tam judicialiter, quam extra- judicialiter petere, attentare, vel facere audeant quovis modo, vel praesumant, nisi prius de om- nibus, & singulis diligenter informato Venerabi- li Fratre nostro Alderano Episcopo Tuscolano ejusdem S.R.E. Cardinale Cybo nuncupato mo- derno, & pro tempore existente Ordinis supra- dicti apud Nos, & Sedem praefatam Protectore, qui de illis certiores reddere debet Ministrum Provinciale ejusdem Provinciae pro tempore existentem, ad hoc ut defensionem ipsius Provinciae consulere valeat: quod si quicquam secus agi, vel attentari, aut etiam obtineri contigerit, id totum nullum, & subreptitium, nulliusque ro- boris, & momenti existat, nec cuiquam suf- fragetur.

Altera confir- matio, & ex- tensio praefati Decreti.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces pariter existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus for- tiri, & obtinere: ac Provinciae praefatae, ejusque Superioribus, & Fratibus quibuslibet in omni- bus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Aposto- lici Auditores, judicari, & definiti debere: ac ir- ritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contige- rit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, &

singulis illis, quae in Literis praesentis concessa sunt non oblatere, ceterisque contrariis quibus- cumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem praesen- tium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscri- ptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae habe- retur ipsi praesentibus, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XII. Junii MDCLXXX. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LXXXVII.

Confirmatur Decretum Congregationis, quo de- finitum fuit, solum Priorem Generalem Ere- mitarum S. Augustini habere jus aggregandi ad Archiconfraternitatem Cincturatum: Vicarios vero Generales Discalceatos erigere posse Confraternitates Corrigiatorum.

Dat. 5. Julii 1680. An. 4.

Aliud simile Decretum d. Congreg. Episcop., & Regular. confirmatum fuit Constit. Alias emana- vit.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Do- minicus Valvasorius Prior Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, quod licet dudum fel. rec. Gregorius PP. XIII. praede- cessor noster literas patentes unionum, & ag- gregationum Confraternitatum, seu Societatum Cincturatum, quae de cetero fierent Confra- ternitati S. Jacobi Civitatis nostrae, tunc sua Bononien. sub nomine Prioris Generalis dicti Ordinis tantum expediri mandaverit: nihilomi- nus nonnullis ab hinc annis Vicarii Generales Congregationum Italiae, Galliarum, Hispania- rum, & Lusitaniae Fratrum Discalceatorum Or- dinis praedicti jus aggregandi hujusmodi Confra- ternitates ad Archiconfraternitatem Cinctura- torum in Ecclesia ejusdem S. Jacobi Bononien. institutam, non obrenta super hoc a Priore Ge- nerali ejusdem Ordinis facultate, sibi compete- re pretenderunt: Ortaque, & diu ventilata, super praemissis lite, Congregatio Ven. Fratrum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita Decretum desuper edidit tenoris, qui sequitur, vide- licet: In Causa Augustinianorum verten. inter Patrem Generalem totius Ordinis S. Augustini ex una, & Patres Vicarios Generales Discalcea- torum Congregationum Italiae, Galliarum, Hispaniarum, & Lusitaniae alteri ex partibus: Sacra Congregatio Eminentiss. S.R.E. Cardina- lium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita Partibus auditis, refe- rente Eino Crescentio, censuit non licere Dis- calceatis Jus aggregandi ad Confraternitatem Cincturatum Sanctae Mariae de Consolatione positam in Ecclesia S. Jacobi Bononiae; posse ta- men erigere Confraternitates Corrigiatorum in propriis eorum Ecclesiis tantum, servata tamen forma Constitutionis sa. me. Clem. VIII., inci- pient.

Facultatem a Gregor. XIII. priori Gene- rali concessa sibi vindica- runt Vicarii Generales.

Decretum S. Congregatio- nis ex quo se- quebatur, nul- lam ei ere- ctionem Uly- sione factam

XXV.

Quando advertent, ex domesticis aliquem deliquisse, aut ad delictum periculose inclinari, vel si aliud quodcumque scandalum patiantur, ad Superiorem debita cum modestia, loco, & tempore congruo, fraternae correctionis cura, deferre teneantur, ut mature malo occurrere possit.

Scandala Superioribus prudenter detegant.

XXVI.

Contra correctionem Superiorum non murmurent, & si quid iniuste sibi pati videantur, patienti taciturnitate prudenter suscipiant, & in meliorem partem accipiendi cogitent, se de praesenti non intelligere correctionis mensuram. In primis autem caveant, ne de suis Superioribus male loquantur, vel illos iudicent, irrideant, aut illorum dicta, facta, correptiones, dispositiones &c. sinistre interpretentur, multo minus talia suis sociis, aut (quod peius foret) extraneis evulgent.

XXVII.

Contra dispensationem necessariorum, nullas factiones, & murmura excitent, sed si quem defectum horum quomodolibet in veritate notaverint, competenti Superiori seorsim indicabunt, ut suo tempore, eo modo sciat remedium adhibere.

De dispensatione necessariorum non conquerantur.

XXVIII.

Ab omni specie mendacii abstinere, veritatem vero, quae inter praecipua bene morate juventutis ornamenta merito numeratur, tanquam pupillam oculi in omnibus verbis, & actionibus suis custodire studeant.

Mendacium detestentur.

XXIX.

Non adulentur, non pietatem fingant, neminem decipiendo verbis circumveniant, & in narratione rerum auditarum ab omni falsa amplificatione abstinere, ut sicut os loquitur, ita in veritate sentiat cor.

Item adulationem, & similitudinem pietatis.

XXX.

Nemo alterum mendacii incivilliter arguat, nec in passione ira erga se invicem effervescent, aut vindictam sumere quocumque modo attentent, ad competentem vero Superiorem, si rei gravitas postulerit rationabiliter, & sine cupiditate vindictae deferre nemo prohibetur qui noverit optime in Domino providere.

Nemo alteri offendat.

XXXI.

Sermone utantur modesto, non sapientiae sublimitatem asserent, non false humilitatis abiectionem, sed in omnibus curent simplicitatem, sinceritatemque Christianam servare, qui bus aedificetur proximus, non ostendatur.

In omnibus simplicitate & sinceritate fervent.

XXXII.

In iis, qui narrant ambages, & superfluos verborum ambitus, sicut, & circumstantias ad rem non pertinentes, abscondant, & modo recto, ac plano ad scopum sui discursus festinent, aliis etiam discurrendi locum cessuri.

Item in sermone ambages vitent, & Lacerantur.

XXXIII.

Se ipsos praeter alios non extollant, neque interius in suis rebus sibi vane complacent, multo minus seipsum, aut sua laudare, & per iactantiam magni facere praesumant, cogitare enim debent omne bonum esse desuper a patre luminum.

Item iactantiam fugiant.

XXXIV.

Non sint morosi, erga omnes affabiles, mane, & vespere salutem invicem imperantur: minores in alloquio a Majoribus, &

Sint affabiles, & verecundi.

Superioribus assatum expectent, quod debite suomissionis, & verecundiae signum fuerit.

XXXV.

Tam vultustristitiam, & oculorum austeritatem, quam levitatem in seipsis omnes sic corrigant, ut suavitas cum gravitate, modestia vero cum magnanimitate in cuiusvis vultu certare videatur, in hoc ipso tamen omnem simulationem, & hyprocrisim excludentes.

Componant vultus.

XXXVI.

Exclusa omni levitate, in incessu gravitatem cum modestia coniungant, semper incedendo non currant, in vestibus munditiam ament, sordes oderint, & in omnibus verbis, actionibusque suis gestus membrorum, ac totius corporis compositionem talem exhibeant, qua omnem hominem edificare possit, ac debeat.

Ac corpus totum.

XXXVII.

Erga cibos in mensa appositos ipsius appetitus sensualitatem sibi predominari sic non sinant, ut gula recte rationis usum praevaleat, quantum autem ad moderatam corporis refectioem necessarium fuerit, comedant, in singulorum ciborum contentatione debitam modestiam, ac decorem in aliorum aedificationem observent: silentium quoque in triclinio sancte servetur, extra mensam porro ordinarie sive Domi, sive foris, abstineant, neque sine licentia Superiorum alibi comedant, aut bibant.

Quaedam servare debent in Triclinio.

XXXVIII.

Post mensam aliquantum temporis honestae recreationi indulgebunt, sic tamen, ut ab indecora corporis agitatione abstinere, & cum ea circumspicione, ac modestia latitiam attemptent, ut nemo prudens ostendi queat.

Item alia extra illud.

XXXIX.

Nemo autem, sive Domi, sive foris, recreationi se subducere, vel ad alia loca occasiones, aut consortia declinare, vel eo tempore, praeposito ordine, literis operam dare, vel in loco solitario se tristitia, aut melancholiae dedere permittatur, est enim tempus studendi, & tempus ridendi: omnia tempus habent.

Statutis temporibus omnes simul commorentur.

XL.

Quamvis humanum sit, intra limites virtutis Eutrapeliae, joculari, & jocos, aut sales ab aliis accipere, ac tolerare posse; nihilominus tamen stultiloquia, scurrilitates, & alia, quae honestatis terminos, mediumque discretionis excedunt in nulla occasione tolerentur. Cum vero ex humana imperfectione, tam Domi, quam foris, contra dictas Eutrapeliae, & discretionis leges non raro peccari soleat, a teneris assuescant, ne ita delicati efficiantur, ut nihil pati velint aut possint, existimantes omnia sibi ex voto accedere debere.

Moderate moderentur, & immoderatos hinc eos patiantur.

XLI.

Cum valde indecens sit, proprium sermonem suis interpolare cachinnis, ideo in narrandis, vel audiendis leporibus, ac facetiis, nolint alii in ridendo palmam praeripere, sed appetitum suum inhibentes, cum moderata suavitate oris sua loquantur, vel alios auscultent, aliis in risum solutis, & ipsi subrideant, prout virtus Eutrapeliae suaserit, vitando duo extrema, nimiam, quidem austeritatem ex una, nimiam vero levitatem ex altera parte.

Nec reprimi, nec mros edant iis.

XLII.

In recreationibus invicem verbis, vel actionibus irritare, aut insultorum morum ineptis mole-

Molesti non sint.

molesti esse nolint, quibus alii ad tristitiam, nauscam, iracundiam, vel antipathiam provocentur.

XLIII.

In auscultando alterius discursu, secluso omni contemptu, sagaciter observent, quid is pulchrum, quid indecus effundat, indeque sibi documenta tacite efforment, quomodo se in simili occasione gerere velint, quae cavere, quae observare: loquentem autem proximum imperturbate ne interrumpant, sed patienter audiant; indecens enim est audiri velle, audire vero non nisi impatienter.

Ex aliorum sermone fructum capiant.

XLIV.

Nemini detrahant, aliorum dicta, & facta in melius interpretentur. Sinistre vero alios iudicare, & amaris verbis praefringere, oderint canere pejus, & angere.

De omnibus bene sentiant.

XLV.

Ubi duo, tres, vel plures fuerint simul, caveant, ne defectus tertii (quiquis ille fuerit, domesticus, vel extraneus, Superior, vel aequalis) imprudenter ore suggestent: quod enim sibi quis fieri non vult, aequum est, ne faciat alteri.

Nemini detrahant.

XLVI.

Alterius dicta, vel facta, seu graviora, seu leviora videantur, tertio non revelent, sed ad Superiorem, si correctione indigerint, cum debita modestia, & commiserationis affectu deferant.

Aliorum peccata Superiori tantum revelent.

XLVII.

Ab aliis audita in se sinant emori, quae cum debita utilitate, necessitate, aut honestate non propalari possint, quod fiet si Superiores abolentae garrulitati, adolescentibus vero servando silentio dederint operam.

Ab aliis audita ne propalent.

XLVIII.

Si quis proximum, vel fratrem suum, de tertio male loqui audierit, hoc tertio non manifestabit, multo minus, quae tertius ille de eodem proximo dixerit, velut susurro, effluet; haec enim quia discordiam seminant, etiam in rebus levibus, adolescentibus odio capitali prosequi meminerint.

Præsertim ostentationes.

XLIX.

Unus alterum vexando, irritando, vel defectus exprobando ad iram non provocet, multo minus discordiam inter fratres seminare, aut cum altero verbis, pugnisque contendere attemptet, quae omnia, sicut e diametro bonis moribus repugnant, ita in Domo juventutis nequam tolerabuntur.

Contentiones non atqueant.

L.

Quod si unus alterum laeserit, cito in gratiam redeant, & qui illatae iniuriae reus fuerit, iniuncta poenitentia, laxa parti humiliter deprecando satisfaciatur.

Contentiones in gratiam redeant.

LI.

Iniurias tamen ab aliis sibi illatas nullo modo vindicare velint, scientes in patientia possidere animas suas, maxime si tantum in propriam personam sine alio nocumento redundare videantur.

Laesi vindictam non petant.

LII.

Si quando proximus in flagranti passione effervescent, qui sibi praesentes sunt, cedant, illius iram dando locum, ne similiter accendantur. Hinc neque corripiant quemquam in fervore animi constitutum, sed tempus congruum expe-

Ferventes ferant, & postea corripiant.

stent, donec ardor sedetur, & sedata passione correctionis sit capax.

LIII.

Nemo alteri quicquam furetur, aut ex petulantia abscondat; proinde serio sit omnibus interdictum aliorum musica pervagari, aut plures lustrare.

Non furetur.

LIV.

Omnium rerum munditiam diligentes, non tantum in musæo libros, chartas, aliaque studio necessaria, post singulos usus in ordinem componant; verum etiam in cubiculo vestimenta, quaecumque inter sordes perire, & aliis nauscam creare non sinent.

Munditiam solent.

LIV.

Longiores crines, aut comam non nutriant; sed proscripita indecora capillorum longitudine; modestam mediocritatem ex praescripto uniformiter omnes servent, ut caput honeste tegatur, non obruatur.

Comam non nutriant.

LVI.

Seorsim dormiant omnes, totum corpus cum omnibus membris ad debitam honestatem componere, sicque compositum in obsequio servare assuescant.

Seorsim, & compositum dormiant.

De studiis Literarum.

LVII.

Gratiae Dei, & naturae talentis viriliter cooperentur, virtutumque studio illum scientiarum profectum conjungant, qui virtutibus adminiculetur.

Cum virtutibus scientias conjungant.

LVIII.

Tam in Scholis, quam Domi, eliminata omni petulantia, explicationibus, aliisque Scholasticis exercitationibus, sedula attentione aures praebeant.

Attente aures praebeant.

LIX.

Tempore studiorum nemo strepitum, aut pulveres excitet, multo minus extra proprium musæum in Domo vagetur, aut quocumque modo alios inquietare, & a studiis impedire auit.

Neminem a studio deturbent.

LX.

Concertationes Scholasticae absque clamore nimio, qui veritatem dubii solummodo confundit, sic instituantur, ut argumentans tarde, & ordinate sua proponat; defendens vero patienter argumentum audiens ad formam respondeat. In se invicem non invehantur, neque fervore nimio, vel ira excandescant: multo minus unus alterum confundere, sed rei propositae veritatem emere conentur, & ubi illius evidentia, vel probabilitas constiterit non violenter argumentum ex stimulo superbiae intellectualis torquere praesumant, sed veritati, vel probabilitati prudenter acquiescant.

In concertationibus unice veritatem quaerant.

LXI.

A prandio ante initium studiorum mediam saltem horam cantui choralis addiscendo impendent omnes, a quo nemo eximi poterit. Hunc semel edocti, vel ad cantus figurales, vel musicae instrumentalis varia exercitia pro cuiusque capacitate applicabuntur.

Mediam horam tribuant Cantui.

LXII.

In quibus quilibet privatim deliquit, etiam privatim castigetur; publica vero delicta publica poenitentia intra Domesticos parietes mulcentur, ut sic scandalum tollatur, & alii a similibus absterreantur.

Pro delicti ratione private castigentur, vel publice castigentur.

pien. Quacumque &c. emanat. sub die 7. Decembris 1604., & Decretum ejusdem Sacre Congregationis, ideoque erectionem factam in Ecclesia Discalceatorum in Civitate Ulyssiponis esse nullam. Romæ 30. Septembris 1678. G. Cardinalis Carpineus.

Preces d. Prioris Generalis.

§.1. Cum autem sicut eadem expositio sub- jungebat, præfatus Dominicus Prior Generalis Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ nostræ confirma- tionis patrocinio communiti, ac alias opportune in præmissis a nobis provideri, & ut infra indul- geri plurimum desideret; Nos ipsius Dominici Prioris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volen- tes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab ho- mine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum, præsentium dumtaxat consequendum harum sen- tentiarum, & absolutum fore censentes; supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præin- fertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique invariabilis, & Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate ejus- dem Congregationis Cardinalium. Præterea ne pia Christianissimum devotio in acquisitione In- dulgentiarum decipiatur, memoratis Vicariis Generalibus harum serie jungimus, ut Confrater- nitarum Cincturatum hujusmodi jam erec- tarum, & per eos, seu eorum Antecessores supradictæ Archiconfraternitati sine sufficienti facultate aggregatarum aggregationem a præ- fato Dominico, seu pro tempore existente Priore Generali Ordinis prædicti quantocitius fieri po- terit, petant, ac tam præfatas Gregorii præde- cessoris literas, quam præinfectum dictæ Con- gregationis Decretum perpetuis futuris tempo- ribus invariabiliter observent, sub pœnis nostro, seu pro tempore existentis Romani Pontificis ar- bitrio imponendis.

Confirmatio dicti Decreti.

Vicarij Gene- rales petant a Priore Gene- rali aggrega- tionem Con- fraternitatum jam erec- tarum, & erigentur sub arbitrio præ- fatis.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem præfatas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suasque plenarias, & integros effectus sorti- ri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; Sicut in præmissis per quoscumque Judices Ordina- rios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apo- stolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con- tigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, & Congregationum hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & inno- vatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum te- neres præsentibus pro plene, & sufficienter ex- pressis, ac insertis habentes, illis alias in suo ro- bore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut præsentium li-

terarum transumptis, seu exemplis etiam im- pressis manu alicujus Notarii publici subscri- ptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud ha- beatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die V. Julii MDCLXXX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

LXXXVIII.

Confirmantur quædam Ordinationes Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini circa Ele- ctiones Superiorum, & Officialium in Quitenfi, aliisque Indiarum Provinciis.

Dat. 8. Aug. 1680. An. 4.

Hac de re vide Constit. Exponi Nobis, & Con- sult. In supremo Militantis.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Pro- curator Generalis Ordinis Fratrum Ere- mitarum S. Augustini, quod ad tollendas omnes controversias, quæ in Quitenfi, aliisque India- rum Provinciis dicti Ordinis circa electionum, confirmationes a Præfidentibus, seu Confirma- toribus faciendas oriri possent, dilectus etiam filius Dominicus Valvasorius Prior Generalis d. Ordinis nonnullas ordinationes fecit, per quas- dam suas patentes Literas, tenoris, qui sequitur, videlicet: -

Causa sequen- tium ordina- tionum.

§.1. Magister Frater Dominicus Valvasorius Mediolanensis totius Ordinis Eremitarum San- cti P. N. Augustini Prior Generalis -- Et si ad tollendam a Subditis occasionem insurgendi con- tra Patrem Provinciale, seu Rectorem Pro- vincie, & alios Superiores in Capitulis Provin- cialibus, vel alias in Quitenfi, & aliis Indiarum Provinciis respectivo electos, & confirmatos, eisque debitam obedientiam sub motivo nullita- tis electionis denegandi per Constitutionem SSni D. N. D. Innocentii Papæ XI. feliciter re- gnantis sub die 24. Mensis Martii 1678. inci- piens. Exponi Nobis &c. ad nostram Instantiam, emanatam satis opportune inter alia perpetuo statutum sit, quod si in prædictis Quitenfi, & aliis Indiarum Provinciis Electiones P. Provin- cialis, & aliorum per scrutinium secretum a majori parte Electorum factæ, & a P. Præsiden- te confirmata fuerint, omnes, & singuli alii de- fectus, etiam substantiales juris, & facti, si forte in prædictis Electionibus, & confirmatio- nibus intervenerint suppleri intelligantur, & pro suppletis habeantur, interim & quousque super prædictarum Electionum validitate, vel nullitate ad prædictas Quitensem, seu alias Indiarum Provincias respectivo nostra, vel successorum, nostrorum determinatio perveniat, prout in prædicta Constitutione Innocentiana latius con- tinetur, ad quam &c. Quia tamen Patribus Præ- sidentibus, seu Confirmatoribus post prælaudatæ Constitutionis emanationem, nondum præscri- ptum est, quomodo, & qualiter auctoritatem confirmandi Electiones exercere debeant, ex quo in Partibus tam remotis faciliter contingi

Scrutinium foga- tas a Pontifi- ce, ut validæ conferentur electiones om- nes confir- mare a Præ- sidentibus do- nec innotescat definitio Prioris Gene- ralis.

At Præsiden- tibus præscri- ptum non fuit- rat modus con- firmandi ele- ctiones.

potest, ut prædicti Præsidentes, seu Confirma- tores, sive ex officio, sive ad Instantiam Partis vel Partium, sub variis motivis, causis, vel prætextibus in gravissimum tranquillitatis, & pacis, immo & observantiæ Regularis, necnon tam Eligentium, & Electorum earumdem Provin- ciarum, quam nostræ auctoritatis præjudi- cium, confirmationem, vel confirmationes Electro, vel Electro denegare, vel retardare, & consequenter salubrem effectum, & efficaciam antedictæ Constitutionis frustrare, vel impedire possint.

Ideo declara- tur, debere Præsidentes immediate confirmare electiones, se- mel ac factæ fuerint a ma- jori parte E- lectorum.

§.2. Nos propterea eidem Constitutioni In- nocentianæ inherentes, atque in hac parte hu- jusmodi Provinciarum Religiosæ tranquillitati, & paci consolare, ac tot malis imminentibus de remedio opportuno providere volentes, tenore præsentium, nostrique muneris auctoritate, necnon de consilio Ad. RR. PP., qui Nobis as- sistunt, perpetuo declaramus, statuimus, & ordi- namus, quod si in prædictis Quitenfi, & aliis Indiarum Provinciis in personam, vel personas, quæ tempore electionis, seu Electionum in quasi possessione saltem probabili vocis passivæ respec- tive, sive Electro, vel Electiones Patris Provin- cialis, seu Rectoris Provincia, Diffinitorum etiam additorum Visitatorum, Priorum loca- lium, Vicariorum, Priorum, Judicum Causarum, & Scrutatorum Diffinitorii, item ac Dif- creti Capituli Generalis, necnon aliorum quo- rumcumque Officialium quocumque nomine nuncupatorum vocem activam in Capitulis Provin- cialibus habentium per scrutinium secretum, prout de jure faciendum a majori parte omnium Electorum in Capitulo Provinciali, aut in quo- cumque Diffinitorio, vel alias quomodolibet res- pective factæ fuerint, Patres Præsidentes Capi- tuli, PP. Provinciales, & alii quicumque Su- periores, in quibus auctoritas ordinaria, vel de- legata confirmandi pro tempore quomodocum- que resideat, prædictos omnes, & singulos Electro- tus supra, eorumque singulares Electiones sine retardatione confirmare omnino teneantur, non obstante quocumque defectu, etiam substantiali, vel quacumque protestatione, vel appellatione, sive ante, sive post hujusmodi Electionem, vel Electiones factæ, vel interposita, etiam de Jure. Quod si nihilominus hujusmodi confirmationem denegaverint, vel aliquo modo retardaverint, tunc hujusmodi Electro, vel Electro, eorumque singulares Electiones præsentium vigore toties quoties perpetuis futuris temporibus opus fuerit, confirmati respectivo sint, ac pro confirmatis habeantur, eodem prorsus modo, ac si a præ- dictis Patribus auctoritatem confirmandi haben- tibus, confirmati fuissent, quatenus sine obice- suam respectivo auctoritatem, Officia, & digni- tates libere, & licite exercere possint, & valeant in eo interim quod ad præscriptum prælaudatæ Constitutionis Innocentianæ super prædictarum Electionum validitate, vel nullitate ad præ- dictas Quitensem, & alias Indiarum Provincias nostra, vel successorum nostrorum determinatio respectivo perveniat, legitimeque intimata fue- rit. Declarantes præterea, prout tenore præ- sentium declaramus privative quoad aliam, quancumque auctoritatem, seu Jurisdictionem prædictarum respectivo Provinciarum, etiam P. Præsidentis, & Judicum Causarum, atque quocumque Diffinitoris, etiam Capituli Provin-

Alias eorum literarum vi- gore ex tan- quam confir- mate cen- setur.

Quarum co- gnitio seu de- terminatio privative ad Priorem Ge- neralem per- tineat.

cialis, ad nos, & successores nostros pro tempore existentes tam Congregationem, quam deter- minationem super nullitate quocumque Ele- ctionis, ut supra factæ, etiam ipso Jure contra tam ante, quam post confirmationem deducta, vel quomodocumque cognita dumtaxat perti- nere.

Clausula. Præcipitur præsentium observantiæ sub ceteris pœ- nis.

§.3. Præcipimus omnibus, & singulis RR. PP., ac Venerabilibus Fratribus quocumque quali- tatis, conditionis, & dignitatis, etiam Provin- cialibus, & Præsidentibus Capituli in prædictis Qui- tenfi, & aliis Indiarum Provinciis nunc, & pro tempore existentibus in meritum salutaris obe- dientie sub privationis vocis activæ, & passivæ per decennium, ac excommunicationis majoris late sententiæ, quam hac una pro trina Canonica monitione præmissa in his scriptis, licet inviti ferimus, ipso facto incurrendis pœnis, ne sub quovis motivo, causa, vel prætextu impedi- mento sint, quominus præfentes literæ, quas semper firmas, validas, & efficaces existere, & perpetuo fore decernimus, & declaramus suum integrum, ac plenarium in omnibus, & per omnia fortiantur effectum, nec eas de obreptionis, vel subreptionis vitio, aut de alio quocumque defectu, etiam auctoritatis, vel intentionis nostræ notare, seu impugnare audeant, vel attentent; sed potius statim ac hujusmodi literæ ad præ- dictas Quitensem, & alias Indiarum Provincias respectivo pervenerint, sub eisdem privationis, & excommunicationis pœnis omni, & quacum- que appellatione, & supplicatione remota, eas in quocumque Diffinitorio, etiam privato inte- gre respectivo recipiant, in omnibus, & singulis casibus emergentibus ad literam observent, ac executioni mandent: Sicut in præmissis per quoscumque prædictarum Provinciarum, & Or- dinis nostri Judices, & Superiores ordinarios, & delegatos, necnon per quoscumque Tribunalia, & Definitoria judicari, & definiri debere; ac ir- ritum, & inane ipso facto, & absque alia decla- ratione, decernentes, si secus super his a quo- quam quavis auctoritate, scienter, vel igno- ranter fieri, vel attentari contigerit.

§.4. Non obstantibus quibuscumque prædi- ctarum Provinciarum Definitionibus, Actis, sta- tutis, & consuetudinibus, etiam immemorabi- libus, necnon nostris, vel prædecessorum nos- trorum Declarationibus, Statutis, Decretis, & Ordinationibus in contrarium præmissorum, quomodolibet approbatis, confirmatis, concessis, innovatis, & emanatis. Quæ omnia, & singula in quantum præsentibus literis adversan- tur, seu contrariantur expresse revocamus, derogamus, & annullamus; ac revocata, an- nullata, derogata, & nulla, nulliusque roboris, & momenti esse volumus, & declaramus, ceterisque contrariis quibuscumque &c. Datum Ro- mæ in Conventu nostri Sancti Patris Augustini die ultima Mensis Junii 1680. -- F. Dominicus Valvasorius Mediolanensis Generalis licet indig- nus Ordinis Eremitarum S. P. Augustini -- Ma- gister F. Carolus Maria Perusia Mediolanensis Secretarius Ordinis -- Loco * Sigilli -- Regi- strat. lib. 2.

Dat. 30. Ju- nii 1680.

§.5. Cum autem sicut eadem expositio sub- jungebat, ut literæ præinfectæ firmius subsistat, & in Partibus adeo remotis executioni manden- tur, ac serventur exactius, præfatus Procurator Generalis illas Apostolicæ confirmationis no- stræ

Preces Pro- curatoris Ge- neralis.

frae patrocinio communiti summopere desideret: Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium prepositorum, qui memoratum Procuratorem Generalem audiverunt consilio, & attenta relatione dilecti filii nostri Palatii S. R. E. Presbyteri Cardinalis de Alteris nuncupati, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris eisdem Cardinalibus super premissis facta, preinsertas patentes literas cum omnibus, & singulis in eis contentis, & expressis auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & Facti defectus etiam substantiales, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in premissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Confirmatio preinsertarum ordinationum

Clausula.

§.6. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis; necnon quatenus opus sit Ordinis, & Provinciarum, hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus: Privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.8. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis presentibus si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Augusti MDCLXXX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Conceditur Indulgentia Plenaria Perpetua semel in Mense Confraternitatibus Cordigerorum in Ecclesiis Conventualium S. Francisci erectis in die solitis Processionibus. Dat. 26. Aug. 1680. An. 4.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD augendam Fidelium Religionem, & animarum salutem caelestibus Ecclesiae Theauris pia charitate intenti, ac supplicationibus dilecti filii Joannis Franchini Mutinen. Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis Confratribus, & Confratribus Confraternitatum sub titulo, seu denominatione Funiculi ejusdem S. Francisci, five Cordigerorum in Ecclesiis dicti Ordinis haecenus erectarum, & in futurum erigendarum vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communionem refectis, qui, & quae Processiones per eandem Confraternitatem semel in Mense fieri solite devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haereticum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, qua vice prefatarum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Precibus Procuratoris Generalis Ordinis Minor. Conventualium.

Clausula.

§.1. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Augusti MDCLXXX. Pontif. nostri Anno Quarto.

XC.

Conceditur Indulgentia Plenaria Perpetua visitantibus aliquam ex Ecclesiis Fratrum, vel Monialium Ordinis S. Francisci in Festivitatibus dicti Sancti, necnon Antonii de Padua, Bonaventurae, Ludovici Episcopi, Bernardini, ac S. Clarae. Dat. 16. Aug. 1680. An. 4.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Universis Christianis presentes literas inspecturis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUM a primae Institutione Regulae Beati Francisci, tam ob illius, & Sanctorum Antonii de Padua, Ludovici Episcopi, & Confessoris, Bonaventurae, & Bernardini, necnon Sanctae Clarae, aliorumque ejusdem Ordinis frequentium sanctitatem, & miraculorum multitudinem, quam etiam ob multorum ipsius Religionis Summorum Pontificum praedecessorum nostrorum merita, ingens ubique Christianissimum multitudine singularem erga quemcumque dictorum Sanctorum gerat devotionis affectum, Nos,

Causa Indulgentiae.

Preces Procuratoris Generalis Ordinis Minor. Conventualium.

Concessio Indulgentiae praedictae.

Clausula.

Nos, ut ipsorum Fidelium devotio hujusmodi non modo conservetur, sed in dies magis augeatur, animarumque saluti uberius consulatur, precibus etiam dilecti filii Joannis Franchini Mutinen. Ordinis Fratrum Minorum Conventualium Procuratoris Generalis super hoc nobis humiliter porrectis inclinati, tam omnibus, & singulis dicti Ordinis Minorum Conventualium, Capucinatorum, & de Observantia nuncupatorum Fratribus, & Monialibus, quam ceteris utriusque sexus Christianissimis, qui vere poenitentes, & confessi, ac Sanctissima Communionem refecti diebus festis Sanctorum Francisci, Antonii de Padua, Bonaventurae, Ludovici Episcopi, & Confessoris, ac Bernardini praedictorum eorumdem Fratrum Minorum Conventualium, Capucinatorum, & de Observantia, necnon die Festivitate S. Clarae Monialium dicti Ordinis Monasteriorum ubilibet constitutorum Ecclesias tam erectas, quam erigendas, vel earum aliquam a primis vespere usque ad occasum solis eorumdem dierum singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Principum Christianorum concordia, haereticum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die praedictorum id egerint plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris: non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem praesentes literae ad ipsorum Christianissimum notitiam facilius, citiusque perveniant, volumus, quod earum exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis presentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Augusti MDCLXXX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

XCI.

Statuitur, ut tam Capitulum Generale, quam Dieta Intermedia Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti ante triennium non celebretur. Dat. 9. Sept. 1680. An. 4.

Hac de re vide Clem. X. Const. editam anno 1670. die 22. Augusti, Pon. 1. Item Const. Inn. XI. editam anno 1680. die 22. Novembris Pont. 5. necnon Const. Inn. XII. editam an. 1691. die 28. Julii Pont. 1. in quarum prima celebrari debebat Capitulum post triennium, altera confirmata fuerunt statuta Cassinensium, & postrema immutatum fuit tempus Dietae.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perp. rei memoriam.

CUM (sicut accepimus) Dudum felic. rec. Clemens PP. X. praedecessor noster quoddam Decretum a Capitulo Generali Congregationis Cassinens. Ordinis S. Benedicti Mantuae in Monasterio ejusdem S. Benedicti celebrato factum, ut ad evitandas expensas, ac itinerum in-

Ex Constitutionibus celebrabat Generale Capitulum singulis annis, sed postea ex Decreto Genera-

commoda Capitulum Generale ipsius Congregationis, quod a Constitutionibus ejusdem Congregationis singulis annis celebrandum mandabatur in posterum altero quoque anno ad mentem rec. me. Alexandri PP. VIII. praedecessoris pariter nostri cogi deberet Apostolica auctoritate inter alia, confirmaverit, & approbaverit, prout in ipsius Clementis praedecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 22. Augusti 1670. expeditas, quarum tenorem presentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

§.1. Nos considerantes Congregationem praedictam, ejusque Monasteria, & personas, propter nimis frequentes Capitulum Generalium, & Dietarum intermediarum celebrationes, expensis, & itinerum incommodis adhuc nimium gravari, ac proinde illorum utilitati, & commoditati peramplius, quantum cum Domino possumus, consulere cupientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, ut de cetero tam Capitulum Generale, quam Dieta intermedia praefata Congregationis Cassinens. quolibet triennio a proximo futuro Capitulo Generali, quod Tertia Dominica post Pascha Resurrectionis Dominicae anni proxime venturi 1681. celebrandum est, incipiendo, atque ita perpetuis futuris temporibus de triennio in triennium continuando, celebrentur: ita scilicet, ut Dieta hujusmodi octodecim Mensibus post celebrationem cujuscumque Capituli Generalis pro rebus, & negotiis, quibus interea consulendum fuerit, ante tamen festum Circumcisionis Domini immediate sequens, & non aliter haberi debeat. Visitatores vero, qui juxta Constitutiones praedictas eidem Dietae interesse debent, in accessu ad ipsam Dietam, & in reditu ab illa visitationes Monasteriorum sibi respective assignatorum terminare, & absolvere teneantur tenore presentium statuimus, & ordinamus.

§.2. Decernentes easdem presentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet in premissis interesse habentes, seu habere quomodolibet pretendentes, etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cause propter quas ipse praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, & justificatae fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, pia, & privilegiata causa, colore, pretextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, individuumque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retrahari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti; seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros esse.

lis Capituli a Clem. X. confirmato altero quoque anno.

Causa tertii Statuti.

Statut. praedictum, & praesens definitur tempus Capituli, & Dietae, cujus occasione visitationes absolventur.

Clausula.

Ad perpetuam rei memoriam.

effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit inuoluntate, & inconcusse observari. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliove quoslibet quacumque præminencia & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis, ejusque Monasteriorum, & aliis quibusvis juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Decretis, & usibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Congregationi, ejusque Monasteriis, Superioribus, & personis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque in solitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries, ac quantiscumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, causas, & occasiones, præsentibus pro plene, & sufficienter, ac exactissime servatis, insertis, expressis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Septembris MDCLXXX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

X CII.

Dat. 14. Sept. 1680. An. 4.

Extenditur Decretum Prioris Generalis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini de consanguineis, & affinis Religiosis, ad Disalceatos Congregationis Hispaniæ, & Indiarum ejusdem Ordinis.

De hoc Decreto extat duplex confirmatio, una in Const. Clem. VIII. edita, altera vero in Const. Inn. X. ad an. 1647. d. 23. Febr. Pont. IV.

Dudum fel. rec. Innocentius PP. X. prædecessor noster quoddam Decretum a quon. Andrea Fivizano dum vixit Priore generali Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini pro felici ejusdem Ordinis regimine inter alia editum auctoritate Apostolica confirmavit per suas in simili forma Brevis die 23. Februarii 1647. desuper expeditas literas, tenoris, qui sequitur videlicet. Innocentius PP. X. Ad perpetuam rei memoriam. Injuncti Nobis (reliqua legi possunt suo loco.

§.1. Cum autem, sicut dilectus filius Joannes a Præsentatione Vicarius Generalis Fratrum Disalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniæ, & Indiarum dicti Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Nobis nuper exponi fecit, eadem Congregatio ad observantiam Constitutionum Fratrum Calceatorum Ordinis præfati non teneatur, ac proinde dubitari possit illam, nec Decretum prædictum servare teneri. Ipse vero Joannes Vicarius Generalis pro felici, & prospero suæ Congregationis præfate regimine, & gubernio Decretum hujusmodi sublato quocumque usu, vel consuetudine, qui, vel quæ in contrarium allegari possent in eadem Congregatione observari plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur ejusdem Joannis Vicarii Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati Decretum præinsertum a memorato Andrea Fivizano Procuratore Generali editum, & a præfato Innocentio prædecessore confirmatum, ut præfertur, in universa Congregatione prædicta Fratrum Disalceatorum Hispaniæ, & Indiarum, ac ab omnibus, & singulis ipsius Congregationis Superioribus, & Fratribus, ad quos spectat, & in futurum quocumque spectabit, sublato quocumque usu, vel consuetudine, qui, vel quæ in contrarium quovis modo allegari valerent, de cetero inuoluntate observari debere auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

§.3. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in futurum, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis.

Decretum hujusmodi primo confirmatum fuit a Clem. VIII. & postea ab Innoc. X. ut infra.

Preces Vicarii Generalis d. Fratrum Disalceatorum, & causa extensionis Decreti.

Extensio Decreti ad præfatum Congregationem.

Clausula.

gregationis, ejusque Provinciarum, & Conventuum quoruncumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Septembris MDCLXXX. Pontif. nostri Anno Quarto.

X CIII.

Dat. 30. Sept. 1680. An. 4.

Confirmatur Decretum Card. Protectoris, quo declaratum fuit, non legere superioribus Ord. B.M. de Mercede delegare auctoritatem conferendi habitum Tertiariorum utriusque sexus; posse tamen eos horum curam proba Religio committere.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Josephi Linas Fratris expressè professi, & Procuratoris Generalis Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum, in Sacra Theologia Magistri Congregationi venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, exposito, quod cum in dicto Ordine essent quamplurimi Tertiarii, & Tertiariæ, seu Pizoche sub Tertiariorum Regula, ex habitu ejusdem Ordinis pie, & laudabiliter viventes, dubitatum aliquando fuerat, an pertineret privative ad Superiores ipsius Ordinis prædicti Tertiariis habitum conferre, an verò possent delegare aliquem virum Religiosum, probatæque virtutis, ut illis habitum hujusmodi conferret, curamque eorum haberet precipue circa Regulæ observantiam; ideoque pro ipsius Josephi parte præfate Cardinalium Congregationi supplicato, ut pro majori securitate dubitationem hujusmodi resolvere dignaretur: eadem Congregatio Cardinalium pro suo Decretum die 11. Augusti proxime præteriti emanatum supplicem Libellum sibi super præmissis porrectum remisit dilecto filio Nostro ejusdem S. R. E. Presbytero Cardinali Orthobono nuncupato d. Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori, ut veris existentibus narratis circa ejusdem Josephi Procuratoris Generalis preces id statueret, quod pro suo arbitrio, & conscientia in Domino expedire censuisset. Porro idem Petrus Cardinalis, & Protector in vim facultatis sibi per Decretum hujusmodi attributæ,

Propositum fuit dubium S. Congregationi Episc. & Reg.

Remissum fuit ad Card. Protectorem.

super præmissis Decretum edidit tenoris, qui sequitur videlicet. Vigore retrospectæ facultatis Sac. Congregationis S. R. E. Cardinalium Negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, recognito supplici libello a Procuratore Generali exhibito, & re mature considerata declarandum, & statuendum duximus: Non licere superioribus localibus Religionis, delegare auctoritatem conferendi habitum Tertiariorum prædicti utriusque sexus Tertiariis, sed ad illos hoc privative spectare: posse tamen semel indutis in illorum curam circa observantiam Regulæ Virum Religiosum ejusdem Religionis probatæque virtutis destinare, prout præfati Decreto auctoritate qua supra decernimus, statimus, & declaramus. In quorum fidem &c. Datum ex ædibus nostris hac die 14. Septembris 1680. Cardinalis Orthobonus totius Ordinis B. Mariæ de Mercede Protector.

§.1. Cum autem, sicut dictus Josephus Prior Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Josephum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium, dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum præinsertum a memorato Petro Cardinale, & Protectore editum, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inuoluntate Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervernerint, supplemus.

§.2. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Ordinis prædicti, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo

Ejus Decretum.

Preces Procuratoris Generalis Ordinis.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

Sigillo